Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ingresse sunt in archam ad noe
binam et binam de omni carne in
qua erat spiritus vite. Tlcō
Et que ingresse sunt masculi
et femine de omni carne in
troierunt sicut preceperat deus
et inclusit eum deus de foris.
Factumque est diluvium quadra
ginta diebus super terram et multi
plicate sunt aque et elevaverunt
archam in sublime a
terra et vehementer inundaverunt
et omnia repleverunt in terra hac
Porro fiat firmamentum
archa fertur super
aquas. et aque prevaluerunt
nimis super terram. Opertus sunt
omnes montes excelsi sub omni
celo quecumque sunt in terra al
tior fuit aqua super mon
tes quos operuerat. Tlcō
Consumptaque est omnis caro
que movebatur super terram
volucres animantes reptilia omnis
que reptabant super terram. Omnes homines
et cuncta in quibus spiritus
vite est in terra mortua sunt.
Et deleuit omnem lcō
substantiam que erat super terram
ab homine usque ad pecus. tam
reptile quam volucres celi de
lete sunt de terra. Remansit
autem solus noe et qui cum eo erant
in archa. Obtinuerunt aque
terram centum quinquaginta diebus.
Recordatus Sabbto
autem deus noe cun
ctarumque animantium et omnium iumen
torum que erant cum eo in archa
Adduxitque spiritum super terram
et imminute sunt aque. et clausi
sunt fontes abyssi et
cataracte celi et prohibite sunt
pluvie de celo. Cum autem lcō
Recesseque sunt de terra eun
tes et redeuntes cooperunt
post CL dies requie
vit archa mense septimo in
decima septima die mensis super
montes ararat. At vero
aque ibant et decrescebant usque
ad decimum mensem. lcō
Decimo enim mense prima
die mensis apparuerunt cacu
mina montium. Cumque transisset
sent XL dies aperiens noe
fenestram archie quam fecerat
dimisit corvum qui egredie
bat. et non regrediebatur donec
siccarentur aque super terram
Et emisit quoque columbam post